Alexander <de Villa Dei>; Gerardus <de Zutphania> [Comm.]: [Doctrinale. <Pars II>] Alexandri cum expositione perutili (notabili)

Köln: [Ulrich Zell], 3. Dez. 1488



C 534 1

Omnis homo naturaliter scire deside-
rat. ut inquit phus in pmo methaphisice. Hoc autē sciendi de-
siderium rōnalis aie ptē sequitur/quo sicut ex grauitate terra na-
turaliter deorsum mouetur intellect⁹ p modū pōderis trahitur suauiter
ad acqrendum p studiū ⁊ laborē diuersorū scibilium noticias/qm ad hoc
(vt inqt diuinus plato) aīa rōnalis in corpe posita est vt feneretur scias ⁊ si
magno fenere venerit benigne recipiet a suo ↄditore. Ad illorū āt noticiā
siue cognitionē nullus puenire pōt nisi cognitis simplicium terminoruz
significacōibz. cum igrantes virtutes vocabulorū de facili i qualibet arte
paralogizātur ut dr pmo elencoꝝ de qbus in pma pte quātū ad modū
declinandi seu cōiugandi sufficient patuit. Que se hūt elemētoruz more
in ordine ad orōnes ipas ex tmīs adinuicē vnitꝰ ↄstitutas de quibz iux
ordinē ꝓpōis prius in ꝓhemio ꝓmissum/ibi. Hic p posse meo vocum re
gimen reserabo Magister alexander in hac secunda pte definare intendit
Attēdens verbum phi in de memoria ⁊ remīscentia scriptuz In rebz bñ
ordinatꝰ faciliorem eē memoriā. ꝑcipue quātum ad iuuenes in qbz sicut
in senibz memorie sunt velut ruinosa edificia. Quorum intelligēdi debi
litate iuxta eoꝝ capacitatē leuiorem addiscendi modum tradere atqz ple
niorem iuxta sollicitatoꝝ ad scribenduz pro iuuenū vtilitate mentem ꝓpo
sui. Primo ponendo versuū expōem manifesta eoꝝ subiuncta sentētia cum
exemplis et cōioribus nōbilibus p moduz questionū ꝓponendis vt faci
liorez modū interrogandi et rñdendi ex ↄsuetudine iuuenes hanc mate-
riam legentes addiscere valeāt: que ad noticiā illoꝝ que in hac pte tradū
tur spēaliter deseruiūt Pro faciliori igitur dicendoꝝ noticia sunt p or-
dinem breuissime qndecim notanda.

Queritur pmo Quis fuit grāmatice scientie pmus inuētor. Pro solu
tione illius dubij iuxta duplicem grāmaticā due stꝰ conclusiones ponen-
de. Quaꝝ pma est. Primus inuētor grāmatice positiue fuit metaphicus
et naturalis. qr ille ↄsiderans diuersas ꝓprietates naturas et mōs essendi
rerum: rebus imposuit diuersa noīa: ⁊ aliqñ vni rei plura noīa ꝓpter di-
uersas ꝓprietates in tali re reptas. vt hō risibile flebile nature hūana im-
posita sunt noīa. ergo pmus illius grāmatice inuētor fuit metaphisicus ⁊
naturalis cuius est eēndi modos rerum ↄsiderare et sup illos fundare mo
dos significandi terminoꝝ Scda conclusio. pmus inuentor grāmatice re
gularis ptim fuit grāmaticus positiu⁹ ptim metaphicus ⁊ naturalis et p
tim logicus qr non potuit inuenire ꝓportiones ad debitam cōbinationez
dcōm nisi prius imposite essent ad significanduz quā necārio ipe habebat
noticiā. et hoc nō potuit facere nisi ꝑscitis modis eēndi et ꝓprietatibus re-
rum que stꝰ principia grāmatice originalia. ⁊ a mōis essendi sumūtur mo
di significandi q sunt immediata pncipia cōgruitatis ↄstructionis ⁊ regi
minis. Et qr logica habet viam ad pncipia oīm aliaꝝ scientiaꝝ: ideo op
tuit ipm esse logicum ꝑcipue qꝫtum ad grāmaticam regularē ꝓpter quid



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-14/0001
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG